

aluum compescet. Hoc si eueniat, deq;
 cæteris remedijs pronuntiari valeat,
 quæ operosa necessitas ad illorum inu-
 tilem $\epsilon\zeta\alpha\rho\theta\rho\omega\tau\pi$ Medicum cōpellet? Sic
 multi Chymicos præparandi ritus inu-
 tilitatis condemnant. Ut autem nos non
 negamus, integra quoq; remedia suum
 habere locum : ita vicissim in ijs, quæ
 disiuncta sunt inuicem, vim omnem a-
 gendi dissimulare, haud æquum puta-
 mus. Concedimus ergo, si, quod præstò
 est integrum remedium, vrgéti morbo
 conueniat, & vis quæsita, cùm simplex,
 tum composita, eidē submouendo suf-
 ficiat, non negligendū esse: sin non suf-
 ficiat, præparationē eius & artificialem
 solutionem meditandā. At sæpe sæpius
 non sufficit. Simplex enim si fuerit, ob
 substantiæ crassitudinē, aliudve incom-
 modū proferre se nequit. Sin composi-
 tum, noxia vel aliàs molesta, & aduersa
 qualitate intercipitur. Iam qui recla-
 mat, aliud miscendum existimat, quòd
 vel oppressæ facultatis vires promoue-
 at: vel noxijs & aduersis qualitatibus
 resistat. Hocverò fuerit, nulla necessita-
 te entium augere numerum. Si enim ar-
 tis

Melius est
 resolutione
 quam mi-
 tatione præ-
 parare re-
 medium
 simplex.